



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

18 de Obseruatione ieiuniorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Antiphodorenſi c. 11. ſunt celebratum ſub Papa, qui Deus dedit anno domini 613. non licet in vigilia paſche, ante horam ſecundam noctis, vigiliam expedire: quia in illa nocte non licet bibere, nec in natali domini, nec in reliquis ſolemnitatibus. Et rurſum, non licet compenſas in domibus propriis, nec vigiliis in feſtiuitates ſanctorum facere, nec inter ſentes aut arbores ſacras, vel ad fontes vota exſoluere: ſed quicumq; votum habuerit, in eccleſia vigilet, & matricule ipſum voti aut pauperibus reddat. Et Cyillus Hieroſolymitanus, cathedra. 9. illuminat. nocte ad ſapientiam nihil commodius, hac enim perſepe de Deo cogitamus, leſioni, contemplationi diuinarum ſcripturarum vacamus. *ſallitur oratur.* Et Erant ¶ & apud Ethnicos ſacra quedam nocturna, quæ defendit a ſuſpicionē turpitudinis Dionyſius apud Euripidem in Bacchis, art. 2.

Pentheus, τὰ δὲ ἰερὰ νόμος, ἢ ἰὸν ἡμέραν ἡελίος;
Dionyſius, νόμος τὰ πόλις: αὐτὸν τὴν ἔχει οὐδὲν.
Pentheus, τὸν εἰς νόμους δόλον ἔσται, αὐτὸν δὲ.
Dionyſius, αὐτὸν ἡμέρα τὸν αἰσθῆναι ἔσται τὸν δὲ, id eſt,
Pen. Nocturna an interdiu hæc ſacra (id eſt orgia) peragis?
Diony. Nocturnæ plerumq; habent religionē tenebræ.
Pen. Hoc in mulieres doſoſum, & viſio obnoxium.
Diony. Quin & in die quis in memia turpitudinem.

Cum tempore Neronis eſſet ortum incendium matronæ Romanorum etiam gentiles, ad placidum Deos ſuos, & propitiarum lunonem, læſtternia & peruigilia obſeruare feminæ, quibus mariti erant, vt auctor Cornelius Tacitus, lib. 15. annal.

De Obseruatione Jeuniorum. Cap. 18.

Lib. 3. Decretal. tit. 46.

- 1 Jeunium generaliter quid.
- 2 Jeunium diuſo, an profanum, & ſacrum, & que illa.
- 3 De uſu & abuſu ciborum.
- 4 Jeunium profanum, aliud naturale, aliud morale, & que illa.
- 5 Jeunium ſacrum, vel corporale, vel ſpirituale.
 Corporale, pœnitentiale, vel eccleſiaſticum, &c.
- 6 Abſtinentia ſola aliud, quam ieiunium.
- 7 Sabbato ieiunare aliquando prohibitum, & in dominico.
- 8 Abſtinentia a carnibus inſtituta rationes.
9. 12. Dies ieiunij qui aſſignati, & de quadrageſima.
- 10 Quibus diebus non ſecunatur.
11. 13. De modo ieiunandi, & a quibus abſtinendum.
- 14 De tempore edendi in die ieiunij.
- 15 Que perſone, & quando ieiunare teneantur. Item de ieiunij, que de præcepto, aut de conſilio ſunt.
- 16 Que excuſant a ieiunio, quod de præcepto eſt.

Polit ¶ vigiliarum & feſtorum tractationem, & cognita inſtitutione eorum: operæ pretium duxi, & de ieiunij tractare. Ieiunium generaliter eſt, abſtinentia a cibo, vel dies, in quo abſtinetur: vnde & per translationem, ieiunij dicuntur ab his, quæ nõ guſtarunt: quibus contrarij ſatiij, qui copiam habent, nec illis indigent. Et proinde in vniuerſam tot poſſent conſitui ſpecies ieiunij, quot abſtinentiæ & priuationis. ¶ Ceterũ ¶ nos diuidemus primum ieiunium, in profanum & ſacrum: profanum, quando alia ratione quis ieiunat, quam vt conſulat animæ. Sic ieiunare dicitur, & qui non comedit, & adhuc qui comedere non poteſt, vel non habet quod comedat, vel qui diæta morbum corpore expellere nititur. Quæ ieiunia per ſe meritoria non ſunt ad ſalutem animæ, nec ad iram Dei placandã. Eſt enim edere & bibere, actus naturalis ad reparationem corporis huius quotidie pereuntis, l. proponebatur de iudi. in P. Et eſca per ſe, vti ad iaphera, bonæ in lubſtantia qua creatæ ſunt: videt enim Deus omnia que ſecerat, & erãt valde bona. G. meſ. 2. Sed nec eſca per ſe nos cõmendat Deo, 1. Cor. 13. 8. Et regnum Dei non eſt eſca & potus: nec quod intrat per os, ſecundum ſe, cõquinat hominem, vel non lotis manibus manducare, Matth. 15. ſed intentio, & quod malum ex corde exit.

¶ Et ¶ abuſus rerum & eſcarum, peccarum habent: dicitur autem quis abuſi, quando contra prohibitionem vitur. Prohibito tamen malum vſum, non malam rem facit: veluti at bor vitæ ſcientiæ boni & mali, bona per ſe & optima, at prohibio non comedendi, comedenti mortiferam fecit: quia ibi õntemus, & inobediencia, & tranſgreſſio præcepti, Genef. 2. & 3.

¶ Ieiunium ¶ idcirco profanum, & ad naturam & ad virtutem, & ad ſalutem pertinere poteſt: itaque erit ſalubre corpori naturale, & morale ſalutare eſt, quod virtutis & corporis cauſa indicitur: naturale dum quis ſemper nõ guſtat nec edit, nec omnia, nec omni tempore, vel nullo, vt dum D. Petrus dicebat Deo, ſe nun-

quam immundum ediſſe, ideo nec ſerpentes, nec bufones, aliaque reptilia ſibi viſione oblata, manducatorum, *Albaum 10. Et Nerua conſuetudinem Tiberij Cæſaris non ferens, abſtinentia vitam finiuit, Dion Caſſius, lib. 58.* Morale eſt, cum quis ratione virtutis, temperantiam ſecutus, ſobrie viuut, neq; comellaionibus ſe ingurgitat: eſtq; morale diſcreta & moderata reſectio, e. non dico. ¶ c. ſt. tibi, de conſec. diſt. 5. D. Aug. lib. 2. q. 8. ang. c. 18. ¶ Ieiunium ¶ ſacrum eſt, vel ſpirituale vel corporale: & corporale, vel pœnitentiãle, vel eccleſiaſticum. Spirituale eſt, a peccatis abſtinere, quod debet ſeruari omnibus diebus, & hoc præſtantius ieiunij, diſſoluere colligationes a peccatis, *Eſaia. 58.* Et ad hoc omnia alia ieiunia nõs dirigunt, vt abſtineamus ab illicitis. *can. ieiunium, de conſec. diſt. 5.* Sic Gregorius Nicaeus, orat. 1. de paupe. amandis (eſt ieiunij & abſtinentiæ genus, quod a corpore & materia ſeiunctum eſt: cumq; animã duntaxat reſpiciat, ea re perſicitur, vt a vitis temperemus.) Atq; huius ieiunij gratia etiam illud inducitur eſt, vt a vitis abſtineamus. Et ideo ieiunandum docet & corpore & vitis, vt effectũ ieiunium habeat legitimum: nam Iudas ieiunauit & corpore, nõ tamen a vitis. Et Spiritus mali ieiunant ab eſcis, attamen iniquiſimi: ieiunauerunt & Iudæi Chriſtum crucifigentes. Hocq; ieiunij improbat *Eſaia, c. 58.* Ieiunium corporale ſacrum, eſt abſtinentia a reb. comellibilibus ob diuinã reuerentiã ad carnis macerationẽ cõpleta. *ieiunamus, inquit Cyril. Hieroſolym. catech. illuminat. 4. a vino & carnib. abſtinentes. nõ quod hæc tanquã abominaciones adermus, ſed quod premium exſpectamus, vt ſenſibilia deſpicientes. ſpirituale deinceps & intellectualis menſa fruamur: & nunc ſeminantes in lacrymis, vt in futuro ſeculo in exultatione metamus.* Iubebant & Theologi Paganorum, antequam ad ſuos Deos accederent, nyſteria caodæmonum tentarent, animam abſtinentia animalium & ieiunij purgare, *Porphy. lib. de abſtinent. animal.* Pœnitentiale corporale ieiunium eſt, quod ad humilationem animæ pertinet, & ad placandam iram Dei ob peccata commiſſa. Sic filij Iſraël pugnaturi contra Philiſteos, ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt, *tibi peccauimus Domine. 1. Reg. c. 7.* Ieiunauit Dauid propter infirmitatem filij ſui paruuli, 2. Reg. 12. Et audita prophætæ cõminatione ieiunauit Achab rex Samariæ, & dormiuit in ſacco, 3. Reg. 21. Et Dauid ait: *humiliabam in ieiunio animam meam. & oratio mea in ſinu meo conuertetur, Pſalm. 14.* Sic prædicente Iona ſubuerſionem Niniuæ, *Iona, c. 3.* Niniuæ crediderunt Domino, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis a matore vſq; ad minorẽ. Factumq; edictum a rege, vt homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtarent quicquam, nec paſcerentur, nec biberent, operirentur ſaccis, & clamarent ad Dominum in fortitudine, &c. Et ita pœnitentiam agentes obtinuerunt ſententiã dilationem ſeu retractationem, *vide cano. vniuerſiq; c. incommutabilis, c. non ſemper, 2. 2. q. 4.* De hoc Ioel meminit, dum ait, *conuertimini, inquit Dominus, ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, ſicut, & planctu, Ioel c. 2.* Et ita qui exomologeſis audunt & iudicant, ſacerdotes conſtitutibus ieiunia iniungant pœnitentiæ cauſa, *vt in c. præbyter, 72. diſt. cum ſimilib.* Solent dæmones peiores, oratione & ieiunio edomari, *vide Baſilium ſer. de ieiunio 1. & 2. & late de vilitate ieiunij diſſerentem.* Ieiunium vulnera curat delinquentis, & curatos ſanctificat, *c. ſicut tibi, de conſec. diſt. 5.* ſatisfacit pro commiſſis c. *igitur, 76. diſt.* Et a viuentibus factum, poteſt prodeſſe mortuis, *can. anima. 12. q. 2.* Ieiunium eccleſiaſticum, eſt abſtinentia carniũ & aliorum, quæ indicitur ab eccleſia, certis & ſtatit diebus faciendã, cum vnica tantum cibi ſumctione moderata, *c. de uſu, de conſec. diſt. 3. c. denique, 4. diſt. & ſine neceſſitate non violanda, c. ieiunia in eccleſia, de conſec. diſt. 5.* Abſtinentia ¶ carniũ genus eſt, quæ & ſine ieiunio eſt, vt in diebus veneris & ſabbati abſtinetur a carnibus, & tamen ieiunium non eſt, nam bis comedere licet & pluries, dummodo abſtineatur a carnibus, excepto die Natali domini, qui ſi incidat in ſextam ſeriam quam vocant diem veneris, vel ſeptimam, quam ſabbatum; habet diſpenſationem carnes comedendi, *in c. ſi. de obſerua. ieiunior. can. quia dies, de conſec. diſt. 5. c. obſeruanda, 76. diſt.* niſi voto a carnibus abſtineat quis. ¶ Ieiunare ¶ ſabbato, aliquando permiſſum non fuit: nam & D. Ignatius ait, *quicumq; dominicã aut ſabbatum ie. unauerit, præter vnum ſabbatum Paſcha, ipſe eſt Chriſti interfeſtor, D. Ignat. ep. 8 ad Phil.* quod & prohibito in canone apoſtoli 65. Moſchouitæ etiã ſeu Rutheni, in ea adhuc ſunt opinione, ſabbati ieiunare, eſſe obſeruare ſabbatum contra legem Dei, *Sigiſmundus liber baro, in commentariis de rebus Moſconitici.* Veruntamen hæc eccleſiæ rigor maior fuit aliquando, nam in concilio Elbertino Hiſpaniæ celebrato, *concl. Elbert. c. 26.* circa Sylueſtri Papæ primi tempora, ſtatutum his verbis, er-



rorem placuit corrigi, ut omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus. Et rursus Innocentius primus summus pontifex decreuit, in decretis Innoc. x. can. 4. Et in sabbato, de consec. dist. 3. quod rite omni sabbato ieiunetur: quia feria sexta, & sabbatum, ambo dies tristitiam apollolis, vel his qui Christu secuti sunt, indixerunt, qui die dominico exhilarati non solum ipsum festiuisimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse dixerunt. Excepti sunt tamen dies sabbati in quadragesima, secundum tenorem concil. Constant. pol. 6. c. 55. In quo sic statuitur, quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in sanctis quadragesima diebus in eius sabbatis ieiunari prater ecclesie traditam consuetudinem, sancte Synodo visum est, ut in Romanorum ecclesia Canon inconculse obtineat, qui dicit: Si quis clericus muentis fuerit in sancto Dominico vel sabbato ieiunans, prater vnum & solum deponatur: si autem laicus, segregetur.

8. Recepta ista abstinentie a carnibus institutio, tum potissimum vt animalia carnalibus cibis abstinentie corpore, sit expeditior, vt etiam docet 4. libris Porphyrius. De abstinentia animalium, & alii supra notari, tum etiam ad politiam humanam componendam, vt alternatis piscium & carniuum vicibus & animalia terrestria crescant, & aquatilia inutilia non sint: dehinc vt voracitas coh beatur, aduersum quam, vt suo tempore regnantem D. Paulus scribit, dicens, ad Hebr. c. fin. xxi. d. 13. *quod si desideratis desideria mundi, non perdetis animas vestras, quoniam quae sunt mundi, sicut caro, caro, & sanguis, non proficiunt. Est gratia subire cor non est, in quibus ambulantes non proficiunt.*

9. Dies fasti & ieiunij ab ecclesia itabiti sunt quadragesima, quatuor, vt dicimus, tempora, vigiliae festiuitatum: quae in fastis seu in calendaris ecclesiasticis notantur secundum iuris praescripta, in c. 2. de obseru. ieiunior. & consuetudinem cuiusque ecclesiae, cap. quis fecit. §. 1. de verb. sig. c. illa, 12. dist. Quadragesima, est veluti decima Deo consecrata omnium dierum totius anni, quo Deus nobis vita & gratia sua frui, sua ineffabili misericordia permisit, ideo diligeat eius ieiunium seruandum, in cap. statimur, cum 2. seg. 7. §. dist. can. solent, de consecrat. dist. x. c. ieiunium, & c. quadragesima, de consecrat. dist. 5. In quadragesima 42. dies sunt: subtrahe lex dies dominico, quibus non ieiunatur, remanent 36. dies, quibus ieiunatur, qui pro decima 365. dierum, qui annum perficiunt. Adduntur autem his 36. diebus quatuor dies, qui dominicam quadragesima praecedunt, vt impleatur sacer quadragenarius numerus, quem suo ieiunio Dominus noster Iesus Christus consecrauit, & quadragesima, de consecrat. dist. 5. D. Augustinus hos quadraginta mansionibus, quas fugientes Pharaonem fecerant in deserto Itaeliae, comparat: n. utraq; castra quadrag. simam esse perpulere docet, D. Augustinus, 3. sermon. 25. Et sermon. 34. & eam ind. Nam a domino, qui eam ieiunauit, & e. ue peccatum eam non ieiunare. D. Augustinus, tom. 3. sermon. 36. quadrag. simam quoque & numerum quadragenarium non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, asserit, nec terrena cogitati one inueniuntur, sed caelestis maiestate praecipit, non tam praecipit sacerdotum, quam Dei. D. Hieronymus quadrag. simam quoque ex institutione apostolorum esse testatur, D. Hiero. epist. ad M. rcel. aduersus Montanum, tom. 2. oper. Apud Clementem, lib. 5. constit. apostol. cap. 13. & 14. & 18. & 20. sanctio haec apostolica est, vobis ieiunium quadrag. sima, continens memoriam legislationis & conuersationis domini, celebretur hoc ieiunium ante ieiunium pasche, quod incipiens a secunda sabbati desinat in parasceuen: post quos dies soluto ieiunio, aggregemus sanctam pasche hebdomadam: ieiunantes in ea omnes cum timore & tremore, orantes per eos dies pro his qui perierunt, & c. D. Ignat. ad Philippen. c. epist. 8. quadrag. sima nolite pro nobis habere, imitatione enim continet conuersationis Dei: hebdomadam passionis etiam nolite despicere: quarta vero & sexta feria ieiunare, reliquas pauperibus porrigentes. In hac esse abstinentiam a carnibus & his, quae trahunt ex illis originem, vt a lacticiis & ovis placuit, c. denique 4. dist. Alia ieiunia in quatuor anni temporibus inueniuntur decreta, vide in can. statimur, 76. dist. & cap. 1. 2. 3. 4. end. Etat & apud Hebraeos ieiunium quarti, ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi mensis, Zachar. cap. 8. & in cap. ieiunium 77. dist. Sunt & dies tres rogationum in ascensione domini, cap. rogationes, de consecrat. dist. 3. Nec in cena domini soluendum est ieiunium, can non liceat, & sequent. de consecrat. dist. 3. Ieiunandum in quinquagesima, & aduentu, maxime clericis & presbyteris, Hosien. in sum. de obseruatio. ieiunio. §. quando ieiunandum. verfic. quid de aduentu, cap. 1. oclsum, de obseruatio. ieiunior. §. Non ieiunatur die dominico, ne iequamur errores paganorum, c. si quis tanquam, & can. si quis presbyter, c. ieiunium.

76. dist. c. ieiunium, & can. ne quis, de consec. dist. 3. Nec a tempore paschali, vsque ad pentecosten, cap. ieiunium, §. si autem, 76. dist. et si ieiunantes illo tempore, ob deuotionem arguendi non sint, cap. post, & can. vnam, 76. dist. Itam si vigilia alicuius festi in diem dominicam incidat, non est tunc ieiunandum, sed sabbato praecedente.

Modus ieiunandi ex rebus ipsis, quibus abstinetur, ex tempore & personis elicitur. Generalis quippe regula est, vt diximus, in diebus ieiunij abstinentium esse a carnibus: & vltra, in quadragesima ab iis quae a carne originem habent, c. 1. 2. de obserua. ieiun. Verum & cum istis moderatio cibi permitti etiam est adhibenda, c. non dico, & seg. de consec. dist. 5. Ideo & magnis piscibus, & a cibis lacticiae, & potibus abstinentium est hoc ieiunij tempore, can. deniq; 1. d. st. In regione Palmariae, nuper in nouo orbe detecto, inuenti sunt incolae augusti, septembris; mense quinq; ac triginta dies abstinerent, no modo a carnibus, quas assequuntur optimas, sed & a piscibus, & alia re, quae sanguine nutriat, hortensib; & leguminibus illos dies peragentes, Petrus Martyr. libr. noui orbis, & insulis noue reperit. Hilarion heremita in vaita & terribili solitudine degens, quindecim tantum caricas post occasum solis comedebat, Hieron. in vita Hilarionis. §. Apud Ruthenos seu Moecouitas, diebus lunae, mercurij & veneris panis frusto cum aqua contenti sunt ieiunantes in quadragesima: reliqua per annum ieiunia non ita stricte seruantur. Ieiunant autem post festum Pentecosten, quod est illis dies sanctorum omnium, vsque ad ferias sancti Petri & Pauli, dicuntur ieiunium Petri & Pauli. Deinde habent ieiunium duar virginis, a prima augusti, vsque ad assumptionem beatae Mariae. Item ieiunium Philippi, sex hebdomadibus in aduentu domini, & dicitur Philippi. Nullus tamen sancti vigiliam venerantur praeter decollationis S. Ioannis Baptistae.

Carnibus tamen abstinent in ieiuniis omnibus. Monachis tamen duriora ieiunia imposita, quos oportet esse cotentos kummas, id est, potu acetoso, & aqua cum frumento mixta. Sacerdotibus quoque aquam nullam, & cereuisiam prohibitam tradit Sigismundus liber Baro. in commentariis rerum Moscouitarum. Tempus tamen nullum in ieiuniis edendi in die, nec hora certa definita fuit: verum placuit meridianam esse legitimam, cap. solent, de consecrat. dist. 1. Ante peractas vesperarum orationes non edendum etiam placuit, dist. cap. solent. sed vesperae in quadragesimali ieiunio ante meridianam horam vel in ipsa dicuntur. Nec transgendum necessario ieiunium absque cibo duorum vel plurium dierum, can. non dico, & cap. sequenti, de consecrat. dist. 5. nec toto die abstinentium, can. sunt tibi, de consec. dist. 5. vt Agaren ieiunant, gloss. in dist. can. sunt tibi, nisi ex causa, can. quod a patribus, 75. dist. At cum bis comedere, vel saepius bibere, soluat ieiunium optime responsum est, morem regionum, vbi erimus sequendum, ca. vnam, 39. dist. Ang. in Summa, in verbo, ieiunium, n. 2. facit c. consilium, §. de festiuitat. & obser. ieiun.

Circa personas, sciendum est, quaedam ieiunia ab ecclesia indici, aut de consilio, aut de praeepto: vnde quae de consilio sunt, necessario non obligant, vt ieiunia aduentus domini, c. consilium, de obser. ieiunior. rogationum, cap. rogationes, de consecrat. dist. 3. tertiae, quartae, & sextae feriae, c. ieiunia, de consecrat. dist. 3. sabbatorum omnium, c. sabbato, ead. dist. & si qua alia ad poenitentiam imposita sint, quae redimi possunt: vt pro secunda feria, Psalmos Dauidici Psalterij dicendo, vel largiendo pauperibus vnum denarium, cap. presbyter, 72. dist. At in ieiuniis, quae de praeepto ecclesiastico sunt, obligatio transit in omnes mentis compotes, doli capaces, qui peccare possunt, in c. 1. de delict. puero. quive validi ad ieiunandum sunt, nisi ad fit causa excusans.

Excusationis tamen porro causa legitima existimatur aetas nondum attingens vicelesimum annum, nam haec ad omnia non tenetur ieiunia ad quaedam tamen, vide Angel. Claus. de hoc & seq. in verb. ieiunium num. 15. Infirmis corporis, ad quam & labor necessarius, qui deicit vires, etiam excusatur, & mendicitas, quae tum comedit, cum ei portigitur: mulieris praegnantis necessitas, quae alioquin esset ieiunans paritica partus quem vtero gerit: peregrinatio, & in summa, si quaedam ob beatus opera bona, quae suo labore conficiant corpus, & debilitent vires, certe remissionem faciunt ieiunium: enim mortificatio corporis, quae per ieiunium quaeritur, alium deparatur. Cur deditur ieiunium, ex superioribus constat, & simul eu Deo consecrari, & esse finem eius animarum salutem, & corporis & anime humilitationem, & vt anima in Deum alacrior fiat, & a ponderis & nebula peccatorum expurgetur: & ob alias causas, quas ex iam dictis facile licet colligere.

